

Vualdingo, Berardi de Monte, Mainardi de Quirigna, Alberici clerici filii Heinerici de Salizola, Vuilielmi de Salizola, Roderadi filii Ilani, et Operti filii Azonis de Casale, Vgonis de Palestre, Adam vicecomitis, Ribaldi de Suno, Valdoli de Casale. Dedimus predia Uuiberti, filii Dadonis, in Ceprione Caneuese Pertuso Agamio Plumbia et ubicumque habuit in Italia; dedimus predia Girardi et fratrum eius^a, filiorum Roberti de Uulpiano, Aimini Vuilielmi et Ozonis de Liuurno, Aimonis Gosllini Girardi^b, Gonfredi de Liuurno, Leuurni filii presbiteri Liuzonis, Asmundi et Berizonis filiorum Berardi, Ingizonis fratris Isaac, Girbaldi clerici et Alberti filiorum presbiteri Dalberti, filiorum Roconis^c et Graseuerti de Scaramanno, Ebonis de Butano, Roderadi et Aimonis de Uliaco, Ariperti et Sindiconis de Auarigo, Aldonis et fratrum eius de Sualigo, Sigimanni de Monte Aldonis, filiorum Tedisi^d, filii Alberici de Monterone, Ebonis et filiorum eius de Firminiana, Ogerii de Plaioles^e, Rodulfi de Canale, Saliconis de Conflentia, Sigefridi et Ingelberti de Tredino, Tebaldi et Vuidonis fratrum de Plazo, Ingonis de Ciriaco, Aldonis et filii eius Bennonis de Leurano, Aimonis de Campale, Alberti de^f, Eimerici de Torcello^g, filiorum Armanni iudicis de sancto Euasio, Folca[]di de Casale, Rogerii de sancto Salvatore et filiastrorum eius, Mainfredi de Brosilo, Graseuerti de Cerisido et fratrum eius Aldonis Astulfi Aribaldi et Vberti, Mainfredi de Conce, Girardi de Uuulingo, Rozonis et Ugonis de Monticelo, Constancii de Palazolo et filiorum eius, Aribaldi de Caualiaca. Omnia predia * Richardi^h et Vualderade et Vuiberti filii Dadonis et omnium istorum hominum, quorum nomina hic scripta continentur, lege Longbardorum nostra sunt propria, quia isti, postquam nobis fidelitatem iurauerunt, corona regni Longbardici et diademate imperii nobis iam attributa, Ardoino regni nostri invasori iuncti omnia vastaverunt et maxime Eusebianam ecclesiam miserabiliter affixerunt. Ideo ergo, quia legibus perdiderunt, legibus nostra sunt; et quia legibus nostra sunt, legibus sancto Eusebio omnia imperpetuum damus. Quicumque autem sanctam Vercellensem ecclesiam de his omnibus disvestiverit vel inquietaverit, componat M libras auri, medietatem kamere nostreⁱ et sancto Eusebio alteram. Quod ut credatur et conservetur, hoc preceptum manu nostra firmavimus [et]^k sigillo nostro iussimus insigniri.

a) Sackur, Die Cluniacenser II, 13 N. 3 nimmt an, dass Girard und seine Brüder die Söhne Roberts von Vulpiano seien; nach der Art der Aufzählung in B ist dies aber äusserst unwahrscheinlich. Da die Worte 'predia Gir. et fr. eius' in C fehlen, ist völlige Sicherheit darüber nicht zu gewinnen. b) Hier ist vielleicht aus C 'de Liuurno' zu ergänzen; vgl. S. 48 Z. 10. c) 'Rozonis' C. d) 'de Lauegna' aus C wohl zu ergänzen. e) 'Rogerii de Plazolie' C. f) Lücke von 4 cm bis zum Zeilenende; vielleicht identisch mit dem 'Alberti de na' (S. 47 Z. 4) in C? g) Vgl. oben in C S. 47 N. e. h) 'Rushardi' B. i) 'comp. kam. nostre M lib. auri' B. k) Wegen Abreibung des Pergaments nicht zu erkennen.